Et ut Deus ostenderet Pharaoni, quæ ex rei veritate & certissimè evenerit id, quod ei in somnijs ostenderat, visionem his repetit: primum septem spicarum ostensionis; secundum vacuum etiam septem, & hoc ipsum optimè notauit Ioseph, dum ait: vna est interpretatio, sed quod his vidisti, ad confirmationem valeat. Non est loquacitas, repetitio eiusdem icti, quam frequenter Sancti in sacra scriptura vtrupant. Ne potius repetitionem in verbis sancti lingue, quasi loquacitatis esse appetitum: sed repetitio firmamentum habet vim. Paratum cor meum Deo, inquit, paratum cor meum. Epiterum. Sub fine Dominum, viriliter aga, confortetur cor tuum. & sustine Dominum. Eodem tono, ut offendere, quæm' firma & constans debeat esse peccatorum & tuae indignitatis confitio, ex qua principium lumine debet tua peticio, his repetit David: Confitebor tibi Deus, confitebor. Vel si placet ut demonstret, quòd illa indignitatis tua confitio, debeat primum fieri corde Deo, primum dicit: Confitebor tibi Deus. Deinde vox Confessario eius ministro, & sic secundò addit: Confitebor. Hoc opertet sit principium, quod aperre satis docet Ps. 145.7. David. Incipit Dominus in Confessione: ita ipse legit, declarat D. Augustinus. Hoc quod nos habemus: Primitus Domino in confessione. Intra tean. predimini, sincerè, & plene conscientes vestram indignitatem, paucitatem, defectum meritorum, & quæ sunt in te metita, non tantum merita non sunt, ut Deus suam tecum faciat misericordiam, qui potius, ut te æternis addicat multoque supplicijs.

Hic præcipuum Magistrorum orationis stylus fuit, quando eam maiori spiritus fervore exercabant, & in prægnantis necessitatibus casibus, & quando cerro ce nūs superna à Deo dona prætendebant adipisci. Ut Daniel à Deo omnium optimum, nempe Messias aduentum impetraret, ipsum audire quo passu ingrediarur, audire orationes eius, audire, quæ ratione inci-

piat à præambulo, Confiteor Deo: Orani ad Dominium Deum meum, & confessus sum, & dixi. Dixi obsecro Domine Deus magne &c. Peccatum tuum, quicquidem fecimus, impie egimus, recessimus, & delinquentes à mandatis tuis. Sanctus Sacerdos Elzras, quando orationem suam Deo obulit, pro populi sui captiuitate, primum orationis eius, verbum fuit: Confiteor Deo: Sic enim ordinatur: Deus meus confessor, & erubescere leuare sat, ciam meam ad te: quoniam iniuriantes nos & mulcipientia sunt super caput nostrum. Primitus Esther, quando Dei misericordiam, pro plebis Iudeorum salute deprecabatur, attende orationem eius. Deprecabatur Dominus dicens: Domine mihi, qui Regnoster es solus & peccatum tuum in confessu tuo, & adeo tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum. Recordare Publico, que Confiteor ex roto corde, percutiens peccatum suum, intonat: Deus propius ego mihi peccatori. Nihil potenter ait L. Ambrosius quodlibet à Deo impetrandi, humili oratione: cuius homo ponit fundamentum, profundam sue indigitaris, & pacorum meritorum confessionem.

Diligenter precor, attende, Christi consilium nobis datum: Estote prudentes sicut serpentes. Mat. 10. quod exponit D. Thom. & probat humilitatem esse prudentissimam ex qua possimus intelligere Lib. 14. 4. quod Christus nobis voluerit prescribere Opus mirabilem quandam methodum cum Deo per orationem conuerlandi. Qui viribus est inferior, vincere nequaquam posset viribus superioribus, si rei exitus à viribus dependeat; prudenter ergo & arte sibi consulat. An superare queris Deum, & quidquid desiderat anima tua ab eo obtinet? rei exitum viribus meritorum & honorum operum, ne sis, bene equidem prudenter serpentina. Sed quæ hac? Serpens astutissimus ut in alium se erigit, & in acta profligat, cum brachii, & pedibus cecat; & vulpes, canis, catti, similiiter & alijs ut aues; pectori sibi est subdicio: terra illud aliquid, & planus scripit; & quo terræ fixius irecipit, tanto lecurius proslit in alium. An non mens tua ea est? Serpens ut oratio tua, vites haheat, & quidem tantas; prout ut in caelum usque sursum efficeratur? Non debito: deprime peccatum cognitionis tue, in infinitum terræ, agnoscem inferias tuas, protestare repuditatem tuam, & quod ex te nihil habes præter violen terræ cespitem, tam celo sis indignus, velut luctum inter sidera collocales. Quid autem hoc maiori conatu & sinceritate petegitis quo te humilius depresseris, eo maiori fortitudine, tua assurget oratio. Addo mag-

num illum eredentium patrem Abraham, qui quanto diligentius, & fortius intendebat in id quod per orationis suffragium desiderabat, eo se magis deprimebat, & terræ quasi assuebat

humilius, dicens: *Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cincus.* Et liquet eum mentiri non posse, qui ait: *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donum propinquet, non conjolabitur, & non descendet, donec altissimum adspiciatur.*

*Q*uam sublimem edit saltum oratio repens humiliat? Nulla Aquila sic volatum suum in æra dirigit, nec Ardea, qua sic, nobibus proximer, calque alarum remigio penetret, nec silvia, donec ad Dei ipsius cor accesserit; illudque suavitatem apprehendens: *hoc enim ipsum est,*

D. Amb. quo & in celo & in terra humiles intueretur. *O*nus *fides Christiana*, ait D. Ambros. *qua in humili-*

tate timor impetrare consuevit.

S. 14. *Dum se indignum, accusat, fit Deo dignus:* hunc imitantur, qui dignæ ad Christi Domini accedunt *Sacramentum.*

*H*abenstro proposito consonam tractat D. Ambrosius difficultatem, quam con-
gruerit prosequitur. D. Chrysostomus &
D. Augustinus. *Quis Centurionem tauris, quan-*

tum cum dignatus est Christus, beneficis redi-.

dit bene merecentur? Quis cum ad illa prepa-

*ratu*e* Ipsius se senioris, Christo loquentes,*

*declarat: *Dignus est, ut hoc ei præstet.* Ille &*

*contra exclamat: *Non sum dignus;* & alii di-*

*cunt: *Dignus est. Quid hoc rei? Ecce religiosus**

D. Amb. *Centurio ad accipientiam salutem fit dignus* (ais

pro. 31. D. Amb.) *dum se projectetur indignum;* & dum

ad eius suæ iniurias patet, magis est honorificas fa-

tim 5. D. Cyprianus & gratias. *Quia dicebat non sum dignus* (ait D.

*Ros. ad uos Chrysostomus) *proprietate dignus factus est, & ad-**

99. T. 4. miratione super omnes Indos habuit. Duendo se

D. Aug. indignum (celte D. Augustinus) *præstet dignum,*

tert. 6. non in enjus parietes, sed in enjus cor Christus

intraret. Hanc rationem allégant Sancti hi Do-

ctoris: nihil enim est, quod adeo hominem

divinis reddit beneficis dignum, & capacem,

euus ipse Deus dominum subiicit, quam ex

profunda humilitate se horum omnium indi-

gum inducat. Quæcirca, ut Deus cor tuum

lubeat, & sua in te effundat dona, necesse est

pius, ut tempore ipsum evacuas, omnibusque

illis, quæ ex te habeas cognoveris. Hoc opus

est humiliatis, quæ pati facis te nihil boni ha-

bet, quod tuum sit, te indignum vel ipsa aqua,

quam bibis, vel ipso ære, quo respiras, quan-

to magis indignum Deo, indignum diuinis eius

beneficis, indignum gratis domique cœlesti-

bus.

*H*oc bene consideres, (ait D. Chrysostomus) hos solos à Deo dignos canonisatores, qui seipso, *I. Cor 15. 9.* i. *Et incapaces & indignos iudicabant. Vociferatur D. Paul. Non sum dignus vocari Apol. 9. 15.* *E contra telatur Chirillus: Vaso ledionu est mihi iste. Clamat Paulus. Non sum dignus vocari Apostolus, propter hoc omnium primus factus est. Eodem modo videtur est, ait D. Chrysostomus, quomodo se subcrebat humilius ille Baptista. Non sum dignus, solvere corrigiam calcaneum tuum.*

*Et ob hunc humiliatis actum, ait Christus: *John 3. 12.* non solum dignus est, qui manibus suis pedes meos tangat, quin etiam caput meum, & dignus qui ad latum meum sedeat, ut mihi charillimus & fidelis amicus. *Amicus sponsi* Ioannes dicens, non sum dignus solvere corrigiam, tales mente eius, ideo amicus fuit sponsi. *Et manus,* quam esse calcamentum dixit indignum, *hanc super caput suum, Christus attraxit. Exclamauit D.**

Petrus: Exaudi me Domine: quia homo peccator *Luc. 18. 14.* *sum & Christus respondebat, quod ob hoc dignus*

sit illi tam proximè accedere, ut eum constituant

sum vicarium, & Ecclesie lux fundamen-

rum, sic ut inter Christum, & Petrum nullus

sit intermedius.

*H*oc ipsum licet dicer de martyribus, Rom. 8. 3. qui medis tormentis protestantur, his non Epiph. 8. 1. obstantibus, se Deo indignos, & sua gratiae, de excessu sua gloria incapaces, cum D. Paulo. Non sunt ad martyria condigne passiones, &c. Et de illis ait Spiritus & Iesu. *Sancti, per os Salomonis (ita D. Cypriano in ad Quæ-*

terpote) Deus tentauit illorum, & innenit eos ag- rim. & nos jo (seu) dignus sumus dicit ipse legit. Post de laude

quam fuerint strictum examinati, & tentati, & martyris

omnibus rite consideratis, hoc Apollolo suo I.

decretum de illis proprio ore dicitur. Ambula. Qui se

bunt mecum in alio: quia digni sum. Huc in prote-

fect D. Chrysostomus, post uita alia, quod nihil astantur

geret deo gratias, quam candide fateti te indignos

omnium maximum esse peccatorum. Dicit Deo à Deo

tam gratiam, quam cum extremis peccoribus se digni ba-

spsum commemorare: hoc est uerius, apud te dentur

principium. Sap. 36.

*A*pertissime quadrat hic discutus D. Hieron. D. Chrysostomus attendit ad ea quæ scribit D. Paul. Illius c. T. 3. num scribit quod in omnibus sequatur Christum, Apoc. 3. 21. studens passus eius imitari, penas, crucem, &c. Ad in his (ait) se nondam ad finem peruenit Philippi. 1. 3. quocirca non merito perfectum. Non 3. 12. quod.

quod iam acceptum, aut perfectus sim, sequor autem, si quomodo comprehendam. Sic ambulo, ut cui adhuc multum luperet itineris: multa mihi defuncti ad perfectionem. Illico adiungit: *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Refloriutoriè, nos, qui perfecti sumus, hoc sentiamus.*

Adest D Hieronymus & ait: O Sancte Apostole, num forsitan oblitus eorum que modo dixisti: *Nos quod iam perfecti sumus?* Si hoc ita sit, quomodo continuo te inter perfectiores annumeras, & ait: *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.*

Cælestis planè hac est Philosophia, ait D Hieron. quinimo ex hoc ipso perfectus est, quod se inter imperfectos annumerat: nec est quidquam quod adeo hominem sanctum perficiat, quam ex submissa humilitate se imperfectum accusare, & nihil reddit consummatur, & tantum ad virtutis promovet apicem suerit se operari, quod nec primum quidem pedem fixerit in via perfectionis.

Hic multa nobis essent dicenda, verum sufficiat, ut intelligamus, quam se noster Centurio prodat lucis æternæ, radiis illustratum, & clarè credat Christum, Deum esse, & ad obtinendum ab eo diuinam suam dona, optimam esse. *Domine in medium, se illis indignum iudicare:* hoc enim ipso, dignum se reddet. Aduerte (quoso) quam recto ordine procedat hic miles, ut (notatore Origene) ex ipso tota didicerit. *Dei Ecclesia, tempore sacrae Communionis:* qualiter se quisque debeat disponere: subtilis sibi sumens hæc verba, & quasi ex ore eius deponentis: *Domine non sum dignus,* &c. Consuetudo est hæc iam antiqua, ut tempore Origenis, eis fideles verbis prepararentur iam à mille quadringentis annis: proposuit tamen Origenes satis acutum dubium. *Communi- tatem:* Tu, qui ad sacram Synaxim accedis, quid dicens? *Domine non sum dignus:* Cave ergo tibi, Domine, si te indignum agnoscas, & ut tales proprio té ore indicas: quomodo tam andax ad diuinum *dignus,* hunc panem accedis? An Apostoli vocem ignoras: *Quoniam manducat & bibit indignus,* &c.

1. Cor. 11.

29.

indictum jibi manducat & bibit? Iste pro te responderet, qui mouit questionem, & ait: quiniam optimè facis, nec ylla reprehensione dignus, qui tali confessione humiliis accedit: *Domine non sum dignus.* Nihil enim tibi magis proderit, ut reddaris dignus, quam te agnoleres, ex parte tua omnino indignum: & quo submissorem tui habueris ipse cognitionem. Hoc superposito, quod conscientia non temordeat alienus mortali petitiōē coēris dignior, & mai-

ri spiritu poteris seruens accedere. O adam, fulgidissime, Magister doctissime, quā clara nobis lux illa patescit, quā mente tuam illuminat, quā dare lucem sufficiens toti sit Ecclēsiaz.

9. 15. *Opera bona subedio vienunt Centurioni tempore necessitatis; mala vero ibi erunt obstatas, ut videtur licet in mysterio Christi.*

A Lind præterea tibi pensandum offertur, in eo quod Sacerdotes aint: Domine, dignus est ille Centurio tali beneficio. *Dei laudes ligit enim genitum nostrum,* & *Synagogam ipsa affectans nobis.* Quando ipse te tali beneficio proclamat indiguum, quod desiderabat, ecce prædeunt Sacerdotes, reprobantes bona opera ab eo facta, quæ cum dignum efficiant: *Dignus est,* &c. *O quantum prouult opera premisla in Dei honorem;* ut dum in conpectu Dei in die necessitatis veltra offeruntur, vobis id quod petitis, ipse largiatur. Mysterio non vacant verba illa, paulo ante citata ex Job, quando factus cumulus dolorum, vulnerum & leprosæ sedens in sterquilino, à Deo poscit auxilium. Declarat Eliu eius amicus, quis iure sperare possit à Deo & recipere sanitatem dum infirmatur: subdidum, quando paupertate premitur: solatum dum tribulationem patitur. *Quis obsecra, erit illi?* Hic erit, qui talia in Dei obsequio fecerit opera, ut dum ad eum ex frato, vbi decumbit infirmus, aut de carcere, vbi iacet conclusus, aut ex labore, quo angustiatur, recurrat, posit Angelorum quisquam Deo talia offerte obsequia, & dicere, Domine, iustum es, ut hoc ei præstes beneficium: laborauit enim ad tui nominis gloriam, in hoc, & in altero: sic erit, ut id quod prætendit, sit obtenturus. *Si pro eo Angelus loquens onus de similibus,* & annuntiat homini aquitatem, miserebitur ei, & dicet: *Liberum, ut non descendas in corruptionem,* inservi, inquit, propuleris ei. Ita legit D Gregorius licet parum diff. Libellus, feruenter ab eo; quod in vulgato legitimus, qd. O Maria. Felix ille, qui bona exercuit opera in Dei obsequio, occurrente pauperibus, defendendo pupilos, infirmis ministrando, viduas pugnando, redimendo captiuos, ut quones in angustiis ad Deum recurras, accurrat patitur illuc Angelus Custos, aut alius quidam, Omnia Divinitate Maiestati offerens ea dicat: Domine bene perenti tua largire dona. *Dignus est,* ut genitores ei prefiantur. Ad hoc autem reprobantibus

rum de similibus, opus aliquod factum propter Deum, & simile ei, quod postulat. Domine, concede illi sanitatem; propter te enim propter seruit infirmo. Indit eum tua gratia, ob cuius gratiam nudos cooperuit: misericordes oculos tuos ad eum conuertere, suos cuius conuertit, ut tua sequetur vestigia.

Ut vero clarissimus hoc intelligamus, hoc tibi persuadeas, quotquot agis opera, continuo vereire hæc in conspectu Dei, bona, sive mala, & hæc omnia oculis Dei sunt praesentia: leuium, que te castigas, eleemosynam, quam constitibus: pallium, quo succoris viduae gressus, quos figis evado at hospitalia: remissio iniuriarum tibi factarum: vigiliæ in orationibus: disciplina vel tristitia peccata, hæc ibi concta reseruantur: hoc enim ait D. Paulus. *Sicis cui credidi: Et tu sum, quia potens est depositum meum seruare.* Similiter etiam peccata quæ committi, in conspectu Dei sunt deposita. *Aferatis malitia eorum coram me,* ait Deus de Ninivitis, & idem protestatus David: *Postulati iniquitates nostras in conspectu tuo.* Quando calamitate coartaris, & supplicans remedium ad Deum tecum, statim profiliuntur peccata tua, quæ clamant: Nequaquam: *Domine, non es dignus, ut horis prefles.* Non enim infirmus est, de curam gerere, qui tui vixit, semper inventus: valetuinem non mereatur, qui cum ea hoc & ille. Iudicavit peccatum comisit. Bona temporalia nec meretur, qui propter ea despexit aeternam, beneficium non meretur, qui pauperes & granuit, & nobis co-est dignatus. Hoc insinuat letitias, quando tamen Deo dicit peccata nostra nobis coram Deo respondunt, dñe: *Exiquitates nostræ respondent nobis.* Sed si pugnata diuina quodam sensu leguntur. *Responde nos Domine per nos,* & clamantiibus nobis ad misericordiam tuam ianum illuc nobis peccata nostra respondunt: *Non es dignus, ut hoc ei prefles:* petitionibus nostris resistent, illico se confanter opponunt.

Nº 38. Hunc claram deducitur altissimum mysterium orationis Christi, quam exponit D. August. & *Ego 120.* bene ad rem nostram, dum expendit verba illa *et Hugo.* quæ Christus locutus est per os David, qui ad tam litteram de eius passione præloquitur, *Deus, Deus mens. respice in me, longe a salute mea verba de-* *hierorum nostrorum.* Suppone, ait D. Augustinus, Christum de se in propria persona non loqui: haec enim nullum habuit peccatum, sed quid agat de corpore suo mystico, quod sumus nos, cuius ipsis in se peccata receperat, & illa sibi involuerat ad satisfactionem eorumdem, quasi sua

suffissent propria: *Quis nesciat Christum Ecclesia sponsum, & secundum illud, unam esse remi.* Cor. 6: cum ea, eo modo quo dixit D. Paulus dum agit 16: de eo mylterio, & ipse Christus intulit: *Igitur Ephes. 5:34 iam non sunt duo, sed una caro.* Si ambo una caro, Marth. profecto competenter etiam vox una. Erat igitur 19:6: Christus in horto mortis doloribus opprellitus.

Transcas a me calix iste. Nec ei Pater telpondet, & ita eum dimisit, vt dicat: *Deus, Deus meus, Matth.*

refice in me quare me dereliquisti. Verumtamen 26:35: ipse sibi responderet: *Longe a salute mea verba de-*

hierorum meorum. O Domine non miror, mihi

non concedi a te petitionem meam: audio enim

peccata mea, (id est ea quæ cum essent corporis)

mei mystici, mea feci, vt pro cito soluerem) con-

clamantia, & resistentia remedio & saluti quam-

peto. Domine, nequaquam conuenit, nec decet

cum exaudiri, & qui tanta habet, pro quibus fa-

tis faciat peccata, iustum est, vt derelinquatur,

vt durissimas penas perferat, & mortis patia-

tur pro illis angusties, vt nec minimum quidem

solamen accipiat, nec salus si concedatur, pro

qua supplicat: sicut etiam ipsa toto passionis

læsia decursus suis derelictus, vt in ciuidem ex-

tremo licet verbis illa repetere: *Deus meus, Matth.*

Deus meus ut quid me dereliquisti? Si hoc ira facit 27:46: *Et*

Etum in Christo, cuius oratione se aliena peccata opposuerunt, quæ sibi assumplerat, quid

tribe futurum cogitas, cui fuisse propria: quoties

rogas: *Domine, suscurre, necessitati mea,* &

coram Deo respondet iniuria facta pauperi: Do-

mine, non meretur hæc liberari: qui ad eam re-

dixit indigentem. Perit Domine, restitue mihi

honorem: responderet ille vestra malitia, quæ

puellam decepli & in honoraisti: honorem non

meretur, qui cum abstinet alteri: supplicas: Do-

mine, memento mei: ille prodit vestra cupiditas,

quæ ait: Domine, non es dignus, qui pro-

pter bona temporalia & caduca, negligens, &

immemor tui semper vixit.

M. 34

bene-

non enim ex quatuor lapidibus extruet palatiū, & his ex quibus portas conficit, limina non sterneret; Deus vero omnia producit *familiiter*: Seraphinum uno verbo, mulcam uno verbo, uno verbo calos, terram uno verbo: nec materialibus ei opus est, machinamentis, ut mundum condat vniuersum, quam ut producat testudinem.

I Soliloq. Audiamus D. August. Omnipotens manus tua, semper una & eadem, creauit in celo Angelos, & in terra vermiculos, non superior in illis, non inferior in istis. *Sicut enim nulla alia manus Angelum, ita nulla posset creare vermiculum:* *Sicut nullum celum, ita nulla posset creare arboris folium,* sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sibi possibilia. Nec enim possibilis est ei creare vermiculum, quam Angelum, nec impossibilis extenderem celum, quam folium, nec difficultius fundare terram super aquas, quam aquas super terram, sed omnia quaecumque voluit fecit, sicut volunt. Insuper & hinc capitum, cur Moyses perente populo illi incredulo aquam, Deus volens oculis celtibus opus agere aliquod, quod illis fecerit, illis diuinam suam elecserat declararet, præcipit Moysi, ut præsente toto populo ipse & Aaron frater eius accederent ad petram, & illam suo nomine unico verbo alloquerentur: quod illud solus sufficeret: *Logimini ad petram eam, & illa dabis aquas* q.d. videant, quod sum Deus, & nec opus esse ligo nimis, nec malefici, nec motibus mannum auperdum, nec al. à quacumque re, quam unius verbi prolatione: hic enim modus est operandi Deo proprius. Hic præterea fuit ille defectus ambonum illultrium virtuum, quod illis res parva nimis videbatur ad tam eminentem effectum simplex verbum, ac proinde valuerunt illud suis manibus comitari, & corroboreare, percutiendo petram: hinc Dei ita efficeret: *Quia non glorificastis me, &c.* Non exceptiss me, ut Deum, nec consilium populo cum honorem tribuistis mihi iure debitum, quod solo verbo valeam operari: ita ut ille sit modus Deo proprius operandi, quo glorificatur, & eius vera diuinitas comprobaretur.

15. 40. Hinc probat D. Paul. Christum esse verum Deum, & habere diuinam omnipotentiam: quia quaecumque voluit, solo suo verbo potuisse. *Qui cum sit P[otest]er gloria, & figura substantia tua, portans omnia verbo vires tuas* [sic]. Nona verba vicia: *Portans omnia verbo virtutis suas.* Exponere voluit quia faciliter Deus operetur: & quod nihil tibi sit facilius quam proficeret.

vnicum verbum. Expendit D. August. *Pro nihilo saluos facies illos:* Quibus declaratur quantum, *In il-*
facile Deus hominem in corpore & anima sal-
uet. Pro nihilo saluos facies illos, id est, sic illos ^{lud Ps. 55.} *saluos facies, ut nihil tibi sit, id est, nullus labor* ^{22. 8. T. 8.} *tibi sit. Hominibus desperati sunt, sed tu verbo* ^{22.} *curas, non laborabu in curando, quamvis nos stu-*
peamus in impetuendo. Ut ostendat facilitatem in creatione mundi, ait: *Qui extendis velut nibi-*
lum celos. Et hoc significat Centurio his verbiis: *Tanquam dic verbo.* Portat omnia verbo suo: cuius operatur omnia verbo suo omnipotenti. Verbum tuum, & meum parvum habent efficaciam, & inter illa & opus magnum est in-terflitium.

Et hoc ipsum indicavit Rex David (*vt ad-*
vertit Caietan.) quando quædam verba protu-
lerat, quibus indicaverat, se paratum certamen
contra Goliath iniuste singulare, & suscipere gi-
gantis provocationem, & ob hoc à fratre seniore
tanquam præsumptuosus increparetur, ei namque
respondit: *Quid feci? numquid non verbum est?* *1. Reg. 17.* Num forsitan aliquid patravi? usque modo an-
præter unum verbum, amplius quid feci? Res
verbo non perficitur. Verbum autem Christi
tamen potest est, ut ei soli omnia innaturi, suffi-
cientes habet vires, ut illo solo omnia susti-
neat, omnibus est esse, ut aliis non sit opus ful-
cimenti. Verbo suo vitam producit, cum La-
zaro illam solo verbo dederit: salutem creat,
cum illam tristitia annorum paralyticis solo suo
verbo reddiderit: munditiam proficit: cum il-
lam in leproso solo suo verbo signat. Remis-
sionem dar peccatorum: dicendo tantum: *Re-*
Lue. 7 42. mittuntur tibi peccata, remissa sunt Magdale-
na, & ei tan facile est dare vitam mortuo:
sicut insinco salutem, exoco vivum, & surdo au-
ditum. Hoc significat: portans omnia verbo
virtutis suas. Et hoc intellexit noster Centurio:
de quo sit D. Petrus Chrysologus, *iste eruditus D. Pet.*
in verbo omnes manere virtutes, verbum tuum **CHRY.**
Domine, sanitas est, verbum tuum vita est, ver. Serm. 15.
verbum tuum ubi accesseris, inde confessim fugi do-
lor, infirmitas mox recedit.

§. 17. Ex eo, quod sit Centurio, confunditur Juliani Apostata blasphemia; pariter S. Joannes Evangelista versus B. Virginum filius esse declaratur.

Hinc D. Hieronymus deducit responsum in cap. 9. Matthei. blasphemia (melius dixi) infamia Imperatoris Iuliani Apostatae, qui et insipiens ridet ea, quae SS. Evangelista dixerunt, quod ad vocem Christi vocem duo hi fratres Petrus & Andreas, relictis ceteris, & nauibus, ex quibus omnis virtus eorum ratio pendebat, secuti sunt Redemptorem. Item & alij duo germani, Iohannes & Iacobus. Adeo & D. Matthaeum, qui fedeus ad celonium, & cambiorum mensam relictis Marsupiis, & cæteris omnibus Christum securus est ad vocem vocantis verbum: §. 9.

Matthei. 9. Sequere me. Qui fieri posuit? Obicit hic Apostata. An tam facile cuilibet est, omnia relinque & quos ante oculos habebat facios peccatis refertos? Et haec illi agant ad vocem hominis cuiusdam pauperis, & incogniti? Aut id quod dicunt, mendacium est: aut ipsi de nimia levitate merito reprehenduntur. O virorum stultissime, quam parum nota tibi est vocem diuinæ potentia. Hoc scito, illam solam sufficere ad operandum, & agendum quidlibet in cælis, terra, mari, aere, & cordibus hominum: David enim iam ante dixerat: Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificencia. Vox Domini confringens cedros. Et qui vnico suo verbo de sepulchris suscitat potuit mortuos, & alium quadrupedum in monumento iam fecit, non posset educere Mattheum Publicanum detacione, & Pectum ac Andream de mari? præter te dubitat nemo.

Ex hoc fundamento eliciam declarationem cuiusdam difficultatis in honorem S. Iohannis Evangeliste, quem Christus iam morti proximus, ad talen voluit celestere gloria gradum, ut Virginis purissimæ, cælorum Reginæ esset filius, & ipsa eius mater. Non male quadrat huius historiæ nostræ, in qua ponderat D. Chyfotto.

Imperf. No. 12 in Luct. 7.2. Et illi preiosus. Et tam le dulæ diligenter eius salutem procurauerit. Dum Spiritus S. expendit, quanti momenti sit suo Principi seruus fidelis, dicit, nihil ei posse dignum conferti, & consilium dat, quod ex eo quod talis sit, non semel repetit. Si est tibi ser-

uus fidelis, sit tibi quasi coequalis, & sit tibi dilectus, quasi anima tua, non inopem eum relinquas, Eccl. sed quasi fratrem in omnibus stralla. Et sic tibi 23.33. terius fidelis? Noueris rem esse magnam, & plus aequo esse eum tristes quasi tibi coequali, & vt vitam tuam illum diligas: & dum hinc morte discesseris, non inopem eum relinquas: testamentum ei condé opulentum, & te cum magni facere, patet, quasi tibi germanus extitisset frater. Hoc optimo modo Christus adimplevit in S. Iohanne: fuit hic illi seruus deliciatus, eum nec quidem cruci affixum & morientem deferuit, quando carceri omnes tegula verterentur, ipse vero tum temporis fecurus, consans permanuit & immob ille, ut non quidem ad temporis punctum cum hostes Christi puerint auctores. Videlicet discipulum flantem. Tamen in eo Christus aduentens fidilitatem, tanto ut cum amore protegutus est, vt se nomine dilecti poterit honorare. Hic est discipulus ille, quem Iesus diligebat testis. Et in fine, ac mortis hora extrama ei delegat ditissimum testamentum quale inter omnes creaturas melius nullus habet, immo nec tam bonum, & quidem tale, vt, ei hoc conscribens, eum aliquo modo tractet, vt sibi aqualem, & proprium fratrem. Quasi fratrem in omnibus cum tracta, & sit tibi quasi coequalis. Legatum hoc est purissima virgo Maria, & ei modo tali datur, vt cum eo, & per illud Iohannem faciat suum fratrem: cum ei hoc præterit, vt sit propriae sue matris filius: dum matris sit: Ecce filius tuus. Hic oritur difficultas. Dic quod, quâ ratione sanctissima Virgo Mater est. Iohannis? quâ ratione, ipse Verus Filius eius est? Auctor tantum verbottenus, quemadmodum in Egypto Rœpharœ Ioseph fratrem suum cognominavit? An sit, quia sic cum dicit, vt David ait & alias declaravimus: Numquid non verbum est? An vero sic sit in rei veritate, & vt rea littere & substantialiter Virgo immaculata mater sit D. Iohannis, & ipse Verus Filius eius? Si D. Iohannes vero sit Filius Mariæ, exurget relatio realis ad illam, & ad matrem. Et siue docet Philosophus, relatio filiationis, & maternitatis fundatur in vera generatione.

Sic igitur interrogamus: Num Virgo sanctissima verè generaverit D. Iohannem? num illum conceperit? num peperit? num hic natus ex illa? In quo ergo fundantur ista relationes filiationis & maternitatis? Ex alia parte patet illum honestum, quo Iohannem Christus exaltavit, solis in verbis non consistere, vt solum verbogenus sit Iohannes filius Virginis, & ipsa eius mater. Cum igitur

PRIMO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ.

igitur Christus hoc dixit, verum erit, est enim ipse prima veritas, à quo longè est omne mendacium; quā ratione igitur hoc est factum. In quo fundatur ista filiatione? Respondeo, in suo diuino verbo tam efficaci, ut illud solum sufficiat, ut in rei veritate sit, quod ipse dicit. Ipse nobis Christus praecepit, ut Deum, Patrem nostrum Matt.6.9. nominemus, dicamusque: Pater noster. Et illum, ut primogenitum fratrem nostrum habebamus. Primogenitus in multis fratribus. Quomodo Deus Pater noster est? Num quia nos creavimus? Eadem ratione creavit & equum, & leonem, & pisces, & omnia quæ esse habent. Num igitur Pater est solo nomine? Minime: sed quod sic sit in rei veritate: Vnde qualem chartam dedit nobis Pater, ut Filii Dernominemus & simus. Non & nūl in solo verbo, esse Filium Dei, ait D. Ioannes, sed realiter & verisimile tales sumus per Dei gratiam. Nominemus & simus. Quomodo ergo hoc sic? Per quam generationem? Respondebat Divus Petrus quandoam alioquin Theologiae sententia, Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per Verbum Dei. Verissimè producti & natūrā sumus ex Adam, veruantamen eādem ratione renati ex Deo. Renati. Et quomodo? Per verbum D.i. Attende hic principium, & sēmēn huius generationis. Ait Christus Nicodemo: Oportet vobis nasci denus. Quomodo possunt haec fieri? Per Verbum Dei. Quod dicitur in Baptismo: Hoc est illud semen de quo Christus. Semen est verbum Dei. Semen non corruptibile sed incorruptibili. Dicitur enim iam ante Prophetā, teste D. Petro: Verbum Domini nostri, manet in aeternū. I. Est hoc verbum semen tam potens, ut in mundi Verbum primordio, seminatum in nihilo, produxerit caelos, & seminatum in tenebris eduxerit lucem, & terram, seminatum in calix generuerit sydera, in terra nam est plantas, in aqua pisces & aves; quia: Ipse dixit Ps.148.5. & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Et potquam Deus factus homo, seminatum in terra prae educit munditiem, & in mortuo vitam, & in iam factenti resurrectionem, seminatum in aqua, vinum, & in vino sanguinem, & in pacie suum verum corpus. Ita etiam seminatum in D. Virginis pectori, & in Iohanne filio Zebedaei generauit in illa veram maternitatem, ex qua realiter dicatur & sit mater Iohannis, & in ipso mysteriōsum filiationem, ut secundum veritatem dicatur Iohannes est filius Virginis, & hoc paulo hinc.3. ante diximus cum D. Paulo: Fortat omnia verbo. 4) virtutu sua. Lib.4. de Hic ratione natus D. Ambros. & deinde Hieron. Bapi. de Laniza, Tom. I.

D. Cyril. b. assertant venerabilis Sacramenti veritatem, & iisdem verbis uti possumus in hoc b. Catechesi mysterio. Ergo sermo Christi consicit hoc Sacra f. mysterium. Quui sermo Christi? Nempe ut quo sa. 80g.4. & a. sum omnia. Iustus Deus & factum est calum; Iustus Dominus, & facta est terra; Iustus Dominus, & facta sunt maria, Iustus Dominus, & omnis creatura generata est. Vides quam operatorius sit sermo Christi? Sicutan ergo vix est in sermone Domini Iesu, ut inciperent esse quæ non erant, quoniam magis operatorius est, ut sint quæ erant. Omnia in aliud communitentur: Operatorium est verbum Christi, cuius dicere, agere est. Cum illo igitur fecit, ut Iohannes esset Virgini filius & ipsa eius mater, hinc per consequens D. Iohannes factus est particularis frater ipius Christi. Nos vero eius fratres sumus in parte, & qui est filius eius patet per naturam, noller realiter per gratiam. Verum filius D. Iohannes est etiam, ex matre singulari quadam & admirabili filiatione, quā dūmō suo verbo cum B. Virginis creauit filium, & ipsam, eius matrem. Et si realiter illum ea conciperet ac produceret, non maiori affectu illum amaret, aut ut filium suum consideraret, aut diligenter cura enutritret. Omnia hęc facta sunt effecti suo verbo, operatorio eius quod dicit. En tibi efficaciam verbi Christi, quam (telle D. Petri. D. Petri. Chrysostomus.) detectis noster Cencurio his verbis: CHRYST. Tapisum die verbo. Ser. 108.

§. 18. Virtutem Diuini verbi intell. xit Centurio, ut alter Abram. Optime rem suam egit recusando, & Zacharias admittendo: nos vero virumque imitemur.

O quis huius Centurionis fidem tam emi- 44. **I.**
nentem non admiretur, interrogat D. Petri. Chrysostomus: ut diuini verbi vim cape- Fides
ret, cuius una vox curandis quibuslibet infir- Centurio
mitatibus sit sufficiens, & reparare valeat dan-
na, & fugare aduersa, & exterminate mortes. comitem
Intellexit hic miles id, quod David dixerat, li- da. ut
cet eum non legislet, hoc quod ipsi non capie-
bant, qui eius Psalmos semper habebant p̄f
manibus: Misit verbum suum, & salvauit eos; Psal. 106.
& eripuit eos de intermissionibus corum. Longo in- 10.
tervallo fidem praecurrit Iudeorum, qui cum
capriui & exortis in Babyloniam detinerentur,
lassati, & laboribus nimis afflicti, nec villas
percepient ex parte Dei militum copias, ut eos
in pristinam vindicarent libertatem & ex tam
perdura eriperent servitute, de diuina desperau-
tunt, N

runt, & diffidunt potentia: dicentes, queri-
bundis: *Periu' spes nostra, & abscessi sumus, &c.*
Ezec. 37. Et ob eandem rationem dum ita grauiter lamen-
tatur Propheta Ezechiel, necesse fuit, Deus illi
sum declararet omnipotentiam, quæ tanta erat,
ut solo verbo dare posset vitam iis, qui eam iam
perdiderant: Et ob hoc, sicut hæc proba campi
mortuorum ossibus siccis & aridis circumqua-
que conspersi, quæ Deus dixit notans à Pro-
pheta scilicet: *Eutafne vienit ossa ista.* Quid
ego hoc sciam Domine? dic ergo: *ex meo*
nomine verbum vnum, Domine num aliud mihi
nihil agendum? Aliud nihil: *vo-lo enim, ut in*
hoc populus ille cœratur, quām mihi facilè si fi-
turum illis... vitam reddere, licet eam iam non
perdiderint: cum unico verbo his aridis ossibus
eam tribuam, quæ tantum ab ea absunt, & adeo
eam perdidissent.

I I.
Abra-
mo com-
paratur.

Audeo dicere, quod retro se dimiserit Moysen
& Aaron, dum dubitant, si vincum Dei verbum
sufficiat, ut petra fundat aquarum gurgites, ut
prefati sumus, & ad tantum gradum ascenderit,
ut latus cinxerit fidei Patri Abraham. Recumbet
cum Abraham.

Aggregatus D. Paulus fidem Abrahæ extollere, &
eam iustificare eminentissimam in superlativo gra-
du: *quia contra spem in spem creditas.* Quid
credidit? quod Deus viuificat mortuos, & vocat
ea que noua sunt, tanquam ea, quas sunt. Prædi-
xit ei Deus quid ex Isac sufficeret numero san-
ctorum progeniem, & his non obstatibus, si
felliuit eum spes plectere, & Deo offerte ho-
locaustum. Si ergo enim occidetis, quomodo si
lios generabit? Hæc fuit eius fides præla: iſſa-
ma, quæ creditur, quid Deus, qui ei filium hunc
inespectato dedisset partu, occidum posset re-
fuscarare, & sanitatem esse Dei potentiam, quod cā
facilitate, quæ vocat & obedire: ea, que sunt,
eadem obediunt & ea, que non sunt. Magna hæc
fides Abraham, verum merito Christus eius late-
ri associat hunc Centurionem: *qui contra spem in*
spem credi sit. Infirmitas illa gravis & depe-
rita seru sui paralysias, auferit ei omnem spem sa-
lutis, ita ut eum iam videat exstirpare. Ve-
runtamen Christi potentia spem certam inge-
nit: eo quod fecit Christus tam facile dare
mortuo vitam, ac viuo: *quia omnia suo verbo*
conspicit, & illud sic sufficiens ad qualibet ope-
randum, proinde sic ait: *Tantum die verbo.* O
magister Domine, ut Deum verum te venerem.
Mea hæc fides non est, ad aquas salutis dandas
sequor meo, esse necessarium, quod percutias pe-
ram corporis eius, hoc enim agent medici, po-

tionibus amaris, venatum apertione, purgationi,
bus, syrupis, cauterii, & hoc quædam videtur
petra percussio, ut fecerunt: Moyses & Aaron:
Satis est vinculum oris tui verbum. Hæc ea Petri
fides fuit (ait D. Petr. Chrysol.) quæ Christi Di-
uinitatem professus est, dum ait: *Præceptum tuum* *in* *verbis* *totam noctem laborantes nibil cepimus;* *in* *verbis* *autem tuo laxabo rete.* Nihil præter vincum Do-
mine, tuum verbum require, quod, sicut est di-
vinum, sufficit.

Hæc Centurionis fides Santos solatur, cre-
dere, nimirum nobis tam potentem adesse Deum,
qui solo verbo possit illis fucure, etiam in de-
ploratissimis necessitatibus a periculis. Accure,
O Christiane, quando his premeris, & Christo
dicito. O Domine tantum die verbo. Novi quod
vinculo me valeat liberare verbo: Non sic obdura-
uerunt pietatis tuae viscera, ut diuinis Epulonis,
quem iure merita terrenis condemnatis incen-
diis, qui Lazaro cum posset auxiliari co, quod ci-
minimo valebat, micias, inquam, quæ cedebant
de mensa eius, & soluit, & dare mendico tan-
illum, eum angebat. (Ita D. Bern.) Minus quid D. Iul.
est, o Domine, vnum verbum, non te piceat. Sem. in
michi dicens vel vincum verbum: quod ibi caro feso-
stet in mei redemptionem & salutem, libem. *in* *spem* *in*
sime dedit: carnem assumptam humanam, na-
tus es frigore contremiscens, reclinatus in duro
præsepio, ierunasti, vigilasti, pertulisti pro me
virgis cædi, spinis coronasti, clavis configi, mor-
tem subire. Eum qui tanta opere explexit, non
tadebit in mei salutem vincum profite te.
Die verbo. Hæc erat Davidis oratio: *Die*
anima mea: Salus tuu ego sum. Hoc mihi suffit. *Psalmi*
ci, qui verbi tui agnolco poterit. *Tantum die*

Prodit D. August. admiratus Centurionem, *qui*
quod clarius Christi personam cognoscit, eo ipso
*magis videtur, debuisse opere Christum videre ad lau-
dandum.* Quid hoc rei, dici: Christus ego man-
ti: *nam ad aedes tuas, ille verò se excusat, & habet*
Christi verbum sufficere profi erat; E contra-
videmus Zacheum, qui ut adiuvit Christum
venire in domum suam declinare non tam non
excusuit, sed beneficium acceptauit, & summo
illius gaudio recepit. *Excepit illum gaudens.* An *Luz* *19.6*
melior Centurionem Zacheus? si ob id laudem
meretur Zacheus, quod Christum gaudens in
domum suam receptor, quo iure Centurionem
extollimus, qui Christum recta in domum suam
reudentem, remoratus est, & tali beneficio indi-
gnum se proclamat. Hac occasione disputat D.
August. *Quis secutor, num ille, qui suam in-
dignitatem*

PRIMO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ.

sigilitatem cognoscens cum Centurione, se subtrahit, ne peccatore suo Christum recipiat per sacram Communionem; aut ille, qui cum Zacheo gaudio magno valde, & ferventiori desiderio accedit Christum in domum suam suscepturnus? Notate (ait) Ambo hi & Centurio & Zacheus optimè fecerunt, & in eo quod egerunt laudem merebuntur, & ita ambo Christus laudavit, & ambo magna consecuti sunt beneficia diuinæ gratiae & misericordiæ, & ambo Christum honorarunt: Ambo Salvatorem honorificant, diverso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseriæ misericordiam sunt consecuti. Et licet contrariopere & effectu videantur, affectu tamen, & si le Christum, sibi similes extiterunt. Unde Christi considerabat dignitatem: ut pote veri Dei, ex qua suam eliciebat indignitatem, ne illum in domum suam recipieret, ob quam se subtrahat, tanta maiestati humiliatur edens, se indignum eius receptione protestatus; Alter vero suam expendit necessitatem, etiam Christum honorans, professus cum esse solum qui domum verisimiliter ditate possit bonis, ex quo desiderium cum recipiendi nascitur.

III. Procedunt hic duo affectus, ex duabus rationibus, quas in Deo possis expendere. Prima sit: hos quod ipse in se ipso est, nimur tantæ celostudinis, ut omnes populi sint coram eo, quasi alius non esset, & stellæ fulgentissimæ, mundæ non in domo, sunt in conspectu eius, & ipsi Seraphini, quasi Centurio confusi coram tanta Majestate vultus suos contorti, sole in conspectu eius contuentes. Secunda sit: hoc quod Deus tibi est, omne tuum bonum, à quo totum tuum esse dependet, morus, respiratio, & vita, & ipse est, ut scribit Apostolus, nostra iustitia, sanctificatio & redemptio; cum tantum quantum ab eo possumus habere, hoc ipsum recipimus, quia ad eum accedimus. Prima consideratio, hoc in Centurione operata est, ut se tanquam indignum subtraheret. Secunda in Zacheo, ut cum in domum suam suscepere desideraret.

Hos ambos simul iunctos affectus potes tu quoque habere, & cum uno mereri pariter & cum altero, dum eum gaudens cum Zacheo recipis, ut anima tua domum gratiae sua, donorum, & exercituum luce virtutum adimpleras, & simul cum Centurione tantâ cordis sinceritate tuam proferas indignitatem, quanto longius distas, ut talis beneficij promeraris dignitatem, non semel dicens: Dominus non sum dignus.

Nota duos hos affectus in D. Petro: quem

modo innuenies, dum Christus eius nauim cupit ascendere, quod suæ sibi conscientis indignitatis, eum videtur à se repellere, & ut ex navi deßen dat intensius rogat: Exi à me Domine: quia ho- Luc. 5. 8.
mo peccator sum Modo eum videbis: dum socrus eius domi sua sebicitur, sciens, quod Christus salus esset infirmorum, quod eum in domum suam adducat, & eam ingressum roget, ut ipsam pristinæ restituat sanitati: quamus ciuius indiguitatis, Christum à navi sua, quasi repellat, tamen eum mouet desiderium socrus suæ valentinus: ut eum cum gaudio in domum suam recipiat. Quid dicam? & ipsa ecclesiæ sponsa modo sponsum instanter interpellat: Penitentia dicitur muri in horum suum. Ut ciuius aduentus gratia arbores fructuose proferant sapidissimos. Modo suam considerans insufficienciam & sponsi celsitudinem, cum deprecatur, ut gradum sistar, retrocedat, & domo sua excedat, quasi qui fugias; dum ait: Cant. 8.
Fuge dilecte mihi.

Huic doctrina iungunt manus loca quadam 464
S. Scriptura, quæ sibi videantur contradicere, 1. 10.
& Sanctorum actiones insufficiant, quas inter se 1. 10.
diceret epate. D. Gregor. Nazianzen. & D. Ho. 1. 10.
Gregor exponunt istam intelligentiam in multis diversorum Sanctorum actionibus sine vla- Pasc. 10.
la contradictione, quas nobis offert scriptura, 1. 10.
quæ sibi ex diabolo iudicarent oppositorum, & 1. 10.
si illa attente consideraueris, non solùm inter 1. 10.
se non discrepant, verum planè admirandam IV.
continent contermitatem. Considera Moysen: Aliqd.
miserrus Deus durissime seruitutis, quæ in Aegypti 1. 10.
populus suus premebatur, volenscum in re- 1. 10.
liberatatem asserere, & educere ex Aegypto; Ap- 1. 10.
paret Moysi in rubro, cui præcipit, ut det hunc alij se
actioni principium: conueniat Pharaonem, ei 1. 10.
quæ ex parte sua & nomine denuntiet, hanc esse 1. 10.
dósim Dei mentem, ut dimittat populum ex Aegypto, 1. 10.
liberum emigrare Veni mittam te ad Pharaonem, Exod. 3. 10.
ut educas populum meum. Quid Moyses?

Contrarias obtrudit rationes, Domine à scopo 1. 10.
multum abstratti, ut video: Non enim ego tan- 1. 10.
to muneri idoneus: Magna nimis mea tepidi- 1. 10.
tas, fortitudo & quidem magna necessaria 1. 10.
est, cum ad Pharaonis duritatem euertendam, 1. 10.
tum ad præcedendum populo immensibili- 1. 10.
Quis sum ego, ut videntem ad Pharaonem, & 1. 10.
educam filios Israël de Aegypto? Perpendit D. 1. 10.
Gregorius Papa. Quod hac in re Moyses ita, 1. 10.
fouit resisterit, ut quater Deus hoc illipræ- 1. 10.
ceperit, omnem ciuius oppositus deliniens rationes, 1. 10.
illas non admittens, & alias multas, (quas no- 1. 10.
sti Cardinalis Caietan enucleat) dein comodo 1. 10.

N. 2. 1. 10.

se huic negotio subtraxit, & ire renuit, vt vi-
 deatur Deus ostendisse quandam huius subtra-
 ctionis disloquentiam, & quod partim ei conde-
 scenderit, assignans ei aliud:orem fratrem suum
Exod. 5. Aaron, qui eum comitare:ur. *Iratu:s Dominu:s in*
Moyse:, ait: Aaron frater tuus egredietur in oc-
cursum tuum, &c. Ipse loquetur pro te.
 Non absimile confundendum in Ieremias,
 quem Deus in ventre matris sue sanctificauit,
 eum Prophetam suum & prædicatorem consti-
 tuens, dein pra cipiens, vt populo suo prædica-
 ret, abnuit, & his submissæ humiliatis se ver-
Hier. 1. *bis excusat: A, a, a Domine Deus: ecce nescio*
loqui: quia puer ego sum. An non miratus hos
præclarissimos: iam igitur aliorum Sanctorum
actiones attende. Eo tempore, quo Moyses se
subducet, & iam queret se excusat, ne Dei man-
datum inpletat: videbis (air D. Gregor. Na-
zianen.) fratrem eius Aaron, qui ad primam
Dei vocem, quâ ei præcipitur fratrem suum
Moylen comitetur, & eam ad Pharaonem, abfir-
mt ut replicet, vt se subducet, quinimo illuc obe-
dit, & ad Dei præceptum, magno fœle affectu
operi accingit, vt describit Spiritus S. Videbis
pariter Euangelicum Prophetam Iсаiam, con-
templatione extaticum eorum Diuina Maiesta-
te, quam vidit excelso residentem throno, Seraphi-
mis circumspitatum, & dum populi sui Deus
incedit salutem, inter se Divine colloquuntur
Personæ; (nostro modo) quasi discentes, &
interrogantes quem mittimus ad populum i-
Isa. 6. *lum, qui illis conueniat? Quem mittam aut*
quam iust nobis? Verba hac (relate D. Hieronym.)
In c. 6. *ex quo haurit D. Thom. demonstrant apertissi-*
Isaia. 22. me, mylrium SS. Trinitatis, unitatem ellen-
ticæ, in verbu: (Mittam) quod est singulare,
& perlonarum pluritudinem in pronome (Ne-
bis), quod est pluralis. Audit hoc Propheta, &
siquidam ultroneus affect. Ecce ego, mitt me. Mi-
rabile mylrium: mittit Deus Moylen ad Iha-
raonem, & abnuit, replicat, triplicat, quadru-
pleteat ut alium mittat. Offero Domine, mitte
quum misseris es. Er. Hieremiam mittit Deus
qui te subducet, & eponera vocatus Aaron se ad
Dei nutum offert, & Iсаias, se non inuitatus in-
uitat. Quis horum bene egit? Cuius modus a-
Om- *gendi securior? Omnes recte, respondit hi SS.*
nus au-
Patres, nullus horum reprehendens agendi
rem ex *modus: diversis adducti sunt rationibus. Moy-*
diuersa, ses. Hieremias negotiis pondus perpendunt, &
ratio-
puffilas suas vires, & quod longe impat estere co-
ne, be-
tum tantis mylrium potestas, quocirca se sub-
pe, duxerunt. Aaron autem & Iсаias Dei potentiam
 illos mittentis præ oculis habebant, & obse-
 quium magnum quod Deo præstabant, & pro-
 fectum ex eorum prædicione lectorum. Di-
 vinu: illos comitante gratia. Forum enim est air
 D. Gregor. Nazianz. *i Deo se: parumper sedute-*
re ut Moyse: ille olim, ac posse: Hiarema: &
rurus ad vocantem prompti atque impigne accu-
rere, quemadmodum Aaron & Iсаias modo vitrum
que pro animo fiat, alterum ob propriam imbecili-
tatem, alterum ob vocantis potentiam. Videntur
verba, & agendi formulae diuerfa: ait, D. Greg.
Papa: vnu: annuitus renuit, alter neu vocatus fe
D. spontaneus offecit; verumtamen ambo laudandi,
ab utrigena diuina vox prodiit, sed non a di-
uer: o: fonte dilectionis emanauit, & quid laudabi-
liter alter appetit hoc laudabifcere alter expandit.
Vitus in fe & in propria oculos defecit infi-
mitatem; alter in Deum & eis obsequium: hinc
calcar addit Divinus amor, ex eo quid Deo adeo
gratum sit, peccatorum ludere conversioni, &
salutis. Illam refranat, & propria remoratur im-
becillitas legato tanti Domini inconveniens, &
ad supremam ac difficillimam commissiounem
ineptitudo. Irreprehensibiliter ambo procedunt,
quique pro sua parte: Tu amborum patrem sus
mito, & erit tuus agendi modus plenus & inter-
iger. Ex uno disce periculum, disce timorem, &
disce cautionem, tuam indignitatem & pusilla
nimirum, miseriariaque recognoscens, quâ non
weneris accedere, agere cum Deo, & in corde tuo
tantam hospitio excipere Majestatem. Ex alte-
ro imitate amorem & desiderium, te cum Deo
coniungend: & indigentia tua cognitionem, ob
quam tibi si necesse, cum apud te detinere: pen-
pende fructus, quos inde tibi possis mettere, &
*verba proferes piissime Spon:z. In portu nostru: *Cum**
